



26.

Q. D. B. V.
DISSERTATIO SOLENNIS MEDICA
DE
HYDROPE
ASCITE,

QVAM

1715, 2.

DIVINO ADSPIRANTE NUMINE,
IN ILLUSTRI AD VARNUM ACADEMIA,
GRATIOSISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,

PRÆSIDE

PRO - DECANO SPECTABILI,

DN. JOH. ERNESTO
SCHÄPERO,

MED. D. EJUSQUE PROFESS. DUC. PUBL. PRIM. & ORD.
CELEBERRIMO, FACULTATIS SUE SENIORE, SERENISS.
DUCIS REGENTIS MECKLENBURGICI CONSILIARIO

AULICO ATQVE ARCHIATRO,

PATRONO, PRÆCEPTORE AC EVERGETA, OMNI
OBSERVANTIE ET HONORIS CULTU AD BUSTA COLENDO.

PRO LICENTIA

SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES, IN
SIGNIA ET PRIVILEGIA, MORE MAJORUM LEGITIME

ET SOLENNITER CAPESSENDI

DIE IV. APRIL. A. MDCCXV. IN AUDITORIO MAIORI

Horis ante & Pomeridianis publico Eruditorum

Examini submittit

CAROLUS NICOLAUS
EGGEBRECHT,

Stralsund. Pomeran.

ROSTOCHII, Typis JOH. WEPPLINGI, SER. PRINC. & ACAD. Typogr.



DEO,
PATRIÆ,
ATQUE
PATRONIS.

CAROLUS NICOLAUS
EGEBRECHT

PROOEMIUM.



Vamdiu sub sanguinis circulo secessio-
nes & excretiones secedaneorum è san-
guine humorum rite perficiuntur, cœco-
nomia nostri corporis sarta testa depre-
henditur, & omnia ordine & mensurâ
procedunt. Qæna primum autem aut
in secretionibus aut etiam excretionibus
notabile eventit impedimentum, nec
deficiunt molestia, nec morbi. Inter eos
frequentissimi sunt, qui catarri dicuntur & nomine quidem di-
verso pro diversa parte veniunt, juxta versiculum:

Si fluat ad pectus, dicatur Rheuma Catarrhus

Ad fauces Branchos, ad nares esto Coryza.

Prout seri aut transpirant aut circulantis mor-
notabilis, aut impedimentum insigne inducitur. Nam neutrum
seri potest, qvin statim in circulo simul inducta mutatio sit ob
rationem continui, quam fluida vasis contenta habent. Et ex
hoc ratione etiam dependet sanguinis circulantis & secedaneo-
rum per glandulas humorum singularis conspiratio, & simultanea
per causas turbantes & in circulo & secretiones & excretiones
turbatio, qvæ ut catarrhos, Rheuma &c. ita qvoque cachexiam pa-
rit, quam & continuata & aucta in utrâque turbatione excipit
hydrops vel particularis, qvalis v. g. est hydrocephalus vel hy-
drops pectoris, vel universalis & specificè Ascites. Hicce mor-
bus haud ita infreqvens notatur, sed potatorum consueta pra-
da est, & ex aliis evenire solet causis, qvæ pro Caulearum va-
rietate, ut variaria induit indolem, ita etiam varia tunc perti-
nacia est, & vel difficultius vel facilius sanatur. Pluribus id de-
monstrare inter alia annitor in præsenti hâc meâ Inaugurali Dis-
sertatione, quam hodiè inauguralis Speciminiis loco de *Hydrope*
ascite conscripti, nullus dubitans, qvin B. L. meum hocce co-
putum æqui boniq; sit consulturus, DEUM autem T. O. M. simul de-
votissime veneror, ut hicce meis studiis in sui gloriam & Proxi-
mæ emolumentum Clementissimè benedicat,

A

THES. I.

THES. I.



E Hydropē ascite
acturus , circa hujus utrius-
que græci nominis originem
hodiè non occupabor , potissi-
mum cum inter Latinos æ-
que ac Græcos hocce nomen
ita receptum sit , ut hodiè u-
stato jam more hydrops idem
morbus dicatur , qui Græcis est , & Germanis vo-
catur die Wassersucht .

THES. II.

Hydropem verò ascitem , à Tympanite &
Leucophlegmatia differre non tantum facile con-
stat , sed etiam reliqvæ particularis hydropsis species
facilè distingvuntur , qvales recenseri solent , Hydro-
cephalus vid. *Stalpart van der Wiel obs. rar. Cent. post. obs.*
14. Hydrocardia seu Hydrops Pericardii vid. *Hildan.*
cent. 1. Obs. 3. Hydrops Pectoris vid. *Bonnet. Sepulch.*
Anat. lib. 2. Sect. 1. Obs. 24. hydrops Uteri vid. *Schenk.*
lib. 3. Obs. 6. & 7. hydrops Ovarii muliebris: vid. *Horst.*
Obs. 7. it. Pechlin : *Obs. 19. lib. 2.* hydromphalon & hy-
drocele , qvæ suis locis distinctæ sunt , ut ut ratione
causarum & in fiendi modo convenient.

THES. III.

Hydrops ascites autem est colluvies serosa , vel ab
eius impedito circulo vel cohibita secretione & excre-
tione , ob glandularum quam maximè abdominis &
lymphaticorum ex his prodeuntium obstructionem
pro-

(3)

proveniens ; hinc partes abdominis ita inundans , ut
infimus sic venter tumore præternaturali sit expansus.

THES. IV.

Colluvies autem hæc feroſa non eft momentanea , qvāq; aliquid subito fatis fiat , quemadmodum Observationibus Autorum id conſtat , ubi vel ex ſubito ſuppreſſis ſudoribus & ex diarrhæa intempeſtivè cohibita ſubitaneus ſecutus hydrops legitur , ordinariò tamen excipit Cachexiam , & hinc lento incipit gradu , initio in pedibus circa Malleolos levis advertitur tumor , qui dum ſe extendit , in tumorem degenerat cedematosum , huic ſupervenit qvædam circa præcordia gravitas & anguſtia cum tensione in hypochondriis , qvæ cum nec valde moleſta , nec dolorosa ægris fit , negligitur ut plurimum eousque , donec circa respirationem præferat qvando ambulant , aut per ſcalas ascendunt incommodum ſentiant ; huic anguſtæ respirationi ſuccelluſ temporis imprimis noctu jungitur compressivus præcordiorum dolor , qvem mox comitatur magna respirandi difficultas , & subinde ſuffocationis periculum .

THES. V.

Dum hæc eveniunt , ſolet plerumq; ſimul appetitus tum deficere , tum ad cibos aſſumptos ſuccedere nauſea , tum in quibusdam aliquando eam excipit Vomitus . Freqventes autem poſt cibum vel non flatulentum modicum aſſumptum patiuntur ruſetus , fed abſque magno levamine , potius cum magnis tensionibus & tantis anguſtiiſ , ut ſpiritus intercludi videatur , de quo ſuffocationis periculo etiam

¶ (4) ¶

conqueruntur quoties obdormiscere incipiunt, ut hinc
quoq; rogent adstantes, ut ipsis somnum excutiant.

THES. VI.

Interim sensim abdomen expanditur, usq; dum
ejus tumor fiat manifestus, qui indies sensibili au-
gmento augetur; & ubi erecti sunt ægri, magis in-
feriora petit, qvando verò decumbunt, superiora
magis vergit, & premis pectus, qvanquam nec in
finistrum needextrum latus decumbere præ dispe-
queant, sed in dorso decumbere teneantur, qvæ o-
mnia eo magis augmentur, qvo magis distenditur
Venter.

THES. VII.

Sub hocce aucto Ventris infimi tumore, &
pedes oedematoè aut jam tum tumentes magis
simil tument, aut si initio nondum tumue-
rint, jam oedematoè corripiuntur tumore,
& ascendit dictum oedema ad genu & ulterius ad fe-
mora & inguina, & potissimum eo tempore crescit,
qvo vel pedibus infistunt, vel eos pendulos habent,
& sic tumor impressa digitis vestigia diutius retinet,
qvam qvando noctu non nihil detumuerint pedes,
qvanquam aliquando nec noctu detumescat oedema,
sed ita augeatur, ut splendeat & qvasi oleo obducti
pedes sint, nec in his dictis partibus subsistit tumor,
sed scrotum etiam & penis in tantum coguntur tu-
morem, ut scrotum magnitudinem capit. virilis
qvandoq; referat, & penis intorqeatur & urina
cum molestia excernatur, & in fœminis pudendo-
rum pariter oritur tumor, ut qvandoq; etiam Va-
gina uteri elongetur & procidat. Interim tamen
qvandoq; etiam Ascitici sine tumido scroto manent.

TH. VIII.

(5) THES. VII.

Ista molestissima Symptomata nondum sufficiunt, sed concurrunt plura, inter ea est ut plurimum sitis horrida, quæ ægros excruciat, ut quo plus sint potæ plus fitiantur aquæ. Dico autem ut plurimum, nam aliquando etiam absqve insigni siti & cum appetitu insuper sufficienti hydropticus observatur, qualis inter alios Observatores & Dno. Præfidi constat: huic autem siti porro jungitur lenta febris, qvæ vires ægrorum sensim dejicit, unde qvoqve in pulsu mutationes observantur, & ut iste frequens & parvus est, ita qvoqve interdum vehemens sitis notatur, cum laffitudine tum huic lentæ febri juncta, tum citra eam notabili. Urina interim ut plurimum parcus excernitur, porrò crassa, & plerumqve saturati coloris, nisi Paroxysmi spasmодici intercurrant, in cavum abdominis nondum collecto sero, qvales adhuc nuper Dnus Præfes in hydroptico observavit, qui sapienter recurrentes, & orthopnæam inducentes, simul copiosissimam Urinæ excretionem, qvæ paroxysmi tempore non sub ægri directorio erat, causabantur, sed pellucidam aquam referentem, qvalem hypochondriaci sub suis paroxysmis spasmodicis excernere solent, & simul exprimebant fudores excessivos. Alitus ordinario debite respondet, qvanquam aliquando segnior, qvoqve sit, aliquando verò alvi supervenit profluviu[m], quod si inter initia morbi eveniat sine cruditate, bonum esse solet signum juxta Hippocratem, 3. Coac. 285. ut qvando urina copiosius sine spasmis fluit, bonum signum est.

A 3

TH. IX.



(6)
THES. IX.

Adest porro nonnunquam tussis ut plurimum
sicca, quæ sèpius ægris molestissima est, tum ob con-
cussionem totius corporis ægri, tum qvod somnum
interrumpat. & insuper interturbet respirationem
jam tum difficultem, quæ cum aucto ventris infimi
tumore, ita augetur, ut aut in lecto sedere cogan-
tur, aut lectum metuant & non nisi erecto in sella-
situ paululum liberori respiratione se consolentur;
& huic dicto tumoris supervenit tandem & frequen-
tius ipsius seri extravasatio, & in cavum abdominis
ejus collectio, qvam ægri aut ex impulso abdomine,
aut qvando ex uno latere in alterum se convolvunt,
è fluctuatione quadam humoris sentiuntur: Porro
qvoque evenit, ut illa aqua plerumque inter inte-
stina & peritonæum tanquam in utre fluctuet, qvan-
doq; autem talis aquæ fluctuatio in Ascite non adver-
titur, cum tamen abdomen insigniter tumeat, tali in
casu attendendum est ad ipsum abdominis tumorem,
an æqualis an verò inæqualis sit, si æqualis tumor
& ascitis perfectus sit, sine observabili aquarum flu-
ctuatione, tenendum est, aquam extravasatam in-
tra fæcculos conclusam detineri, quale quid recentent
*Schenckius Obs. l. 3. p. 374. & Stalparte van der Wiel Obs.
var. Cent. post. Obs. 28. p. m. 187. Ephem. Germ. A. N. C.
Dec. 2. Anno 7. Obs. 83. & Dec. 2. Anno 8. Obs. 23. it. Ruy-
schia Obs. Anat. Chir. Obs. 27. in peritonæi duplicatura
Job. von Mekern obs. Chir. Cap. 52. inter musculos ab-
dominis & Peritonæum Bonnet. sepulch. Anal. lib. 3. f. 21.
& alii. Nam ista circumstantia motum seu fluctua-
tionem aquæ impedit, non verò distensionem stu-
pen-*

pendam. Qvod si autem tumor Ventris asciticus in-
æqualis fit , & in duas quasi partes divisus , vel tu-
mor tantum in unum latus se extendat , tenendum
est , tumorem hunc ab aqua inter peritonæum , &
abdominis musculos stagnante provenire , id quod
ut ut interdum tantum fiat , in Praxi tamen utilita-
tem suam habet , & hinc tale quid notasse non pœ-
nitabit.

THES. X.

Misero hoc in statu & attendendum est ad fa-
ciem , hæc enim pariter ut aliorum morborum in-
dex esse solet , ita nec hic deficit , ordinario color fa-
ciei naturalis mutatur in pallidum plumbeumque
consuetum Cachecticorum & sic multo magis Hy-
dropicorum vultum : ejusque faciei coloris luridi
depravatio depravatum simul prodit hydropici sta-
tum à quo faciei colore iterum aliquando evenit re-
cedentia , & advertitur in facie rubor , sed phlo-
gisticus hicce minusque constans ut plurimum
ac insuper & si florida facies durabilis sympto-
ma ex inflammatione concurrens prodit . cum
indoles hujus morbi ordinariò floridam faciem non
permittat . Supervenit quoqve partium supe-
riorum tabes , dum inferiores partes in tumorem
elevantur , quemadmodum hinc de ascitico dicere
receptum est : Der oben die Schwindsucht und unten
die Wassersucht hat.

THES. XI.

Aqua autem , qva inundatio abdominis par-
tium fit , & undè aliis hinc alcites inundatio Micro-
cosmi dicitur , aliis verò diluvium vocatur Microcos-
micum

micum , si consideretur , diversimoda deprehenditur , tam qvæ è vivis per Paracentesin , quam quæ è mortuis Asciticis eadē methodo educitur . nam quandoque planè limpida est , & aquei coloris & saporis expers , quandoque autem mucilaginosa , & igni admota in gelatinam abit , frequentius autem ad flavum serisanguinis consuetum colorem inclinat , & aut urinæ aut lixivio tum coloris tum saporis ratione similis est , quandoque viridis hæc aqua coloris est , & ad quamcunqve levem agitationem spumosa . Ut autem varia est , & consistentiæ & coloris ratione , ita etiam varia quantitatis ratione deprehenditur , & sœpè in tantam colligitur quantitatem , ut 90. librarum imo 125. librarum pondo excedat , quemadmodū *Tulpius Obs. Medicilib. 4 Cap. 4; Riverius obs. 15. p. m. 689.* & *Forelius lib. 19. Obs. 33.* tale quid notant , quæ stupenda quantitas , non continuata nec reiterata paracentesi brevi recrescere solet , data de hacce notabili circumstantia Autorum Medicorum experimentali fide .

THES. XII.

His igitur præmissis jam ad hydropis ascitis proximam causam progredior , hanc utrumque serum tam laudabile quam excrementium sua extravasatione constituit , utrumque ob motum tum in circulo tum in secretione & excretione impeditum , cum hacce tamen differentia , ut quoties à fero excrementatio , urinam volo , ascites sit , toties præcedanea renum aut corruptio necessaria sit , aut aliud in iis impedimentum præcedat , qua ob ordinarium urinæ motum impeditum circa abdominis partes , tanquam minus resistentes ejus collectio , & sic ascites

(9)

ascites oriatur , quemadmodum hinc *Platerus Prax.*
lib. 3. c. 5. a rene utroque atque exulcerato , *Borrichius*
ad Barthol. Cent. 4. Epistol. 17. à dextro rene corrupto
& sinistro uret ere calculo obturato asciteme nota-
runt : videatur quoq; *Malpart v. der Wiel obf. rar Cent. post.*
obf. 28 p. m. 187. Qvod autem in ascite à fero laudabili
in circulo impedito producto non requiritur , sed il-
lud causam proximam , etiam sine præcedaneâ viscere-
rum aut abdominis aut thoracis corruptione con-
stituere valet & constituit , quemadmodum hinc
observationes æqve numerosæ prostant , quibus in
ascite viscera & abdominis & thoracis sana reperta
probantur , ac quibus ea corrupta asciteme præcessi-
se apud *Boneum in Sepulchre lib. 3. Sect. 2.* aliosqve
leguntur ; ex quibus sic simul elucescit , ascitem hy-
dropem ex visceribus corruptis non semper produci-
sed viscera corrupta si reperiuntur , saepius quoque
esse producta ab ascite .

THES. XIII.

Proximam igitur ascitis hydropis frequentio-
rem causam ita parat sanguis , fero alias laudabili
in circulo impedito , hic enim quamprimum viscidio
aut acri acido etiam abundat , utrumqve &
largitur fero , & simul ex illa labe vitiatum suum
motum communicat & cordi tanquam communi-
prelo , quod alium infert pulsum , scilicet tardiorem
quo ob rationem continui & seri motus legnior fit ,
& obstrunctiones in viis seri consuetis faciliores , cum
ipsum illud serum glutinosum , ut hinc extravasa-
tum saepius coagulum glutinosum referat , & facilius
adhæreat quam propellatur , & adhærendo parat .

B

etiam

etiam obstrunctiones, quibus sic stagnatio & succedanea colluvies pro ascite facilis est. Nec putandum, quod dum dico serum laudabile causam proximam, & ob viscidum ad obstrunctiones aptum, id laudabile maneat, siquidem id extra dubium est, quod serum ante impeditum in circulo motum laudabile, & suâ morâ, quæ ipsi ex quacunque causâ pro ascite inducitur, vitiosum fiat, ad illam omnino similitudinem ut serum laudabile in fonticulum influens suâ morâ vitiosum fit, & pus refert, & porrò ex super addito è sanguine vitioso simili viscido corrumpatur, & sic non amplius ut in initio morbi laudabile sed successivè corruptum habendum est.

THES. XIV.

Hæc autem sanguinis serique labes suas alias pariter causas habet, quæ hydropi asciti proctarticae sunt, inter illas primo se offert aer, hic si fuerit crassior, frigidior, humidior, aut effluviis putridis paludosis refertus, & nocet chylificationi & sanguificationi, turbatque ejus consuetum & motum & temperiem, unde sanguis suo motu tardiori & lympham tardius circulari, & sécretiones quoque tardiores facit, pori simul ab aëre tali ambiente angustantur, undè & transpiratio minor, vasa lymphatica seri & simul crassioris copia aggravantur, hinc distenduntur, & obstruuntur, & circa abdominis partes cum ea omnia eveniant, effectus hydrops ascites est, quemadmodum hinc *Blanckardus*, *Cent. I. Obs. 19.* ex cohibitâ omni sudoris excretione hydrosem enatum refert: & hinc quoque constans apud Medicos est observatio, quod in locis palustribus & ma-

❀ (11) ❀

& maritimis plures reperiantur hydropici, quam in locis mediterraneis; & si Hippocratis sententiam vocemus, non alia ex ratione Aph. Sect. 3. apb. 22. hydro-
pes morbis autumnalibus accenset. Ut autem aer frigidior causa hydropsis ascitis procatareтика est,
ita quoque aer justo calidior eundem infert morbum,
sic enim sanguinis uterque motus augetur, quo non tantum vasis ab humoribus circulantibus vis infer-
tur, ut scilicet plus solito distendantur, a qua tensione violenta post haec insolita laxitas ipsis relinquitur,
sed & sub impetu sanguinis spiritus dissipantur, &
lympa seu serum crassescens causatur obstructio-
nes, ut hinc seri & stagnatio & favente partium laxitate colluvies serosa oriatur, & inter abdominis
sic partes hydrops ascites eveniat.

THES. XV.

Idem pro hydrope ascite effectus evenit, si in cibo & potu committatur error, nam cibi crudi visci, flatulenti, dulces ad hydropem valde vel ideo disponunt, cum augeant & viscidum & acre, & si pariant faciles obstructiones, imprimis iis, qui parum se movent, interim frequentius adhuc ab errore in potu commissio hydrops ascites paratur, hic in eo consistit, quando in quali & quanto peccatur, quemadmodum hinc frequentes strenuos potatores ordinario frequentes hydropicos observamus, & porrò cerevisiae recentes & non satis defecatae, ut & Vina generosa, fortia, calida, aspera, novella, imo ipsum mustum, imprimis si in excessu bibantur pariant hydropem ascitem; & inter illa potulenta pri-
mas merito obtinent spiritus Vinosi, cujuscunqve generis



generis & aromatibus acuati, qvi Aqvæ vitæ nomine superbiunt, præsertim jejuno ventriculo vel alio tempore sed immodicè hausti, qui sanguinem & lympham incrassant, & cogunt in coagulum, qvemadmodum id aliundè probant experimenta, qvando spiritus vini in vulneribus externè applicatus sanguinem extravasatum coagulat, & hæmorrhægiam vasorum sanguiferorum vulneratorum non tantum fistit, sed qvoqve etiam sero affusum in coagulum cogit, undè in hydrope obstrunctiones necessariæ à spiritus vini abusu faciles sunt, qvemadmodum hinc etiam *Listerus Exercit. Medic. de Hydrope p. m. 3.* freqventiam hujus morbi in Anglia & *Deckerius in Prax. Barbett. lib. 4. c. 4.* in Belgio ab hoc deducunt, & *Listerus cit. loc. ulterius addit.*, qvod à spiritu yini producti Hydropici hinc mucositatem ventriculi frequentius evomant. Huc qvoqve pertinent potus frigidi copiâ ingurgitati, quibus humoribus eadem pro obstruktione ascitica dispositio inducitur, & hinc idem effectus, qvemadmodum etiam ab aqua frigida immodicè hausta hydrops inductus legitur in *Epb. Germ. Dec. 1. ann. 6. obs. 52. pag. 85.* & apud *River. cent. 2. Obs. 65.* Unde qvoqve *Hippocrates de Aer. Ag. & Loci* l. 10. & 11. aquas ut paluitres sic lacustres & vappidas ita hyeme nivatas periculofissimas existere & hydros lethales gignere afferit.

THES. XVI

Somnus & qvies, si modum excedant ad causas hydropsis pariter receneri debent, sed pertinent ad remotas, dum iis serum cumulatur, & sensim incrassescit, undè dum cachexia oriri potest, ejus proximus comes hydrops

(13)

drops facile succedit, imprimis si jam tum sanguis
lenti motus sit, & viscido abundet.

THES. XVII.

Porrò qvoq; ut causæ Procatarcticæ considerandæ
sunt tam excernenda quam retirala, in utroq; si er-
ror fiat, horabilis facile hydrops producitur, unde
quam primum consuetæ evacuationes deficiunt & vel
urinæ excretio inhibetur, vel hæmorrhoides vel men-
ses supprimuntur, aut è contrario retinenda excernuntur
in magna quantitate, ut sic vel hæmorrhagia nari-
um, uteri, hæmorrhoides, item mensium aut lochio-
rum fluxus immodicus, aut diuturnæ diarrhææ, dysen-
teria, mictus porrò cruentus immodicus sit, hydropem
causentur. Enasci enim inde svadet ratio & enatum
probant Autores medici suis observationibus.

THES. XVIII.

Porrò hydrops ascites & alios excipit morbos, hinc cachexiam frequentius sequi probat quotidiana in Praxi observatio, & universale hinc est, ut quicunque morbi Cachexiam inducunt, isti qvoque tandem ipsum producent hydropem, hinc facile constat, qvanta prudentiâ opus sit in regimine Paroxysmorum febrilium, tam qui continui ardentes & maligni sunt, qvam qvi intermitentes sunt Paroxysmi, potissimum si multum in iis bibatur, & nec diaphoresi nec diuresi copiose assumptus potus eliminetur iterum, vel si sub sudorum prælentia eorum cito fiat cohibitio, perqvam facilimè, & ardentes & intermitentes sive tertianas sive quartanas febres excipit hydrops ascites, ut inter alios Riverius obs. cent. 4. ob. 82. manifestissimè probat, &

ita quoque res procedit cum aliis morbis, nihil frequentius enim, quam quod ventriculi affectus in cachexiam & hydropem definant, qui idem morbus & hepatis, bjenis, mesenterii & renum aliorumque viscerum. Tectibus succedit, dum iis omnibus aut seri circulus absolute necessarius, aut seri excretio non sine notabili noxa deficiens impeditur, unde ut jam innui, *Blanckardus* à cohibita omni sudoris excretione brevi secutum hydropem notavit. Scorbucis non meliora fata manent, nam quoties radices egit, & digestionem necessariam turbat, & porro properat ad consummationem, toties tabes & hydrops creditorum inducunt concursum brevi mortalem, potissimum si vel purgantibus fortioribus utantur, aut calidis cibis & potibus se ingurgitent. Huc quoque recensendi sunt asthmatici, sive asthma à scorbuto vel alia acie sit, & sic convulsivum aut humorosum notetur, illud nihil frequentius excipit quam cachexia, & presso pede succedaneus hydrops ascites, quemadmodum id ex Dni Praefidis observatione mihi constat. Talis methodus in Praxi consueta est, ut Asthma superveniat cachexia & hydrops; hinc porro Phthisicos superius emaciatos, & inferius aqua tumidos notamus, adeò ut, à qualunque morbo præcedaneo seri stagnatio & succedanea extravasatio induci potest, eundem hydrops sequi soleat.

THES. XIX.

Effectus autem pro hydrope ex ante dictis eo facilior est, quando vasorum revehentium, venarum scilicet & lymphaticorum simul angustia singularis

(15)

Iaris & respectu vasorum sanguinem adducentium,
præternaturalis sive connata sive adsciticia adest,
quemadmodum talis angustia vasorum dictorum
connata in iis potissimum præsumenda, qui & sine
commissis in diæta erroribus notabilibus, & sine alia
violentia nihilominus in subitanum ascitem præ-
cipitantur, & hinc quibusdam familiis hicce mor-
bus consuetus & hæreditarius notatur, ut in aliis e-
contrario per varios errores ascititius fieri potest.
Quamprimum igitur inter propellentia vasa, arte-
rias volo & revehentia seu venas & lymphatica nulla
est paritas, ut nec venæ sanguinem, nec vasa lym-
phatica lympham eadem facilitate revehant, quâ
arteriæ sanguinem versus ea vasa appellunt, disten-
siones potissimum vasorum lymphaticorum præter-
naturales facillimæ, & ad rupturam ea disposita sunt.
Hoc ipso non tantum lympha in suo turbatur circulo,
sed etiam extravasationi per imminentem vasorum
rupturam proxima est, quæ extravasatio autem
prorsus inevitabilis est, si fibrae partium reliquarum,
quas percurrunt vasa vel naturaliter magis tensæ
sint, vel ex acie tumorum ad spastos dispositæ ser-
ventur, in tali casu sic ad auctam vasorum angu-
storum distensionem eadem fibrae magis tensæ simul
vasa compriment, & sic eorum rupturas, & cum
iis lymphæ extravasationes asciticas reddunt inevi-
tabiles, quemadmodum hinc ascitem in scorbutico
& citi magis progressiis & difficultioris curationis de-
prehendimus.

THES. XX.

Qvod si autem sub istâ vasorum angustiâ, quâ
fieri

seri extravasationes imminent, mitius agatur; ut eorum distensionem non ita subito ruptura sequatur, tribendum id fibris partium est, quæ nec natura-
liter magis tensæ nec ad spasmum dispositæ, sed laxi-
tatem habent. Facta sic vasorum distensione solito
aucta, ut ut in eo casu non ita subito rumpantur, ob
retardatum tamen lymphæ circulum, cum & intra
arterias sanguis retardari incipiat, per arteriarum
poros in dictas laxas fibras ob minorem resistentiam
serum copiosius destillet necesse est, & sic pariter
illas partes inter quas colligitur reddit hydropicas,
sed sine vasorum ruptura, quali modo enatus hydrops-
tories habendus est, quoties brevi potest sanari, quæ
curatio in hydrope à ruptis vasis lymphaticis non
ita facile procedit, cum lymphaticorum vulnera sa-
natu difficillima sint.

THES. XXI.

Et sic istæ circa vasa fibrasque partium reperi-
biles circumstantiae dant argumentum certissimum,
quod præter obstructionem in vasis lymphaticis &
viscido factam tanquam hydropis causam proximam
etiam compressione vasorum eorundem extravasa-
tio lymphæ pro ascite fieri queat, quemadmodum
id egregiè per *Loweri* curiosissimum experimentum
illustrari potest, quando *in vivo* Animali venâ cavâ
sub corde ligatâ intra paucas horas abdomen tantâ
seri copiâ repletur, ac si illud jam aliquamdiu alici-
te laborasset, & venarum jugularium ligaturâ par-
tes superiores limpido sero tumidissimæ conspicui-
tur, effluente eodem sero ex oculis, naribus & fau-
cibus, quemadmodum hinc etiam sà citò solutâ li-
gatura

gaturā animal vivum ab ascite sic liberatur vid. cit. *Lod
wer. tr. de corde Cap. 2. p. m. 123.* Ex quo fundamento
hinc quoque fluit, quod Thes. 19. de hydrope è vi-
scerum corruptione oriundo dixi, à quibus ob com-
pressionem vasorum ex constitutione eorum mor-
bosa enatam, & hinc ob rationem continui circu-
lum lymphæ impeditum sic extravasatio ejus pro-
duci potest, ad ventrem frequentius infimum, ubi
minor præ aliis est resistentia.

THES. XXII.

Huc quoque pertinent violentæ causæ exter-
næ, quibus hydrops magis subitaneus producitur,
quoties vel à casu ab alto, à lapsu vel aliâ violentiâ
hydropicos fieri advertimus, quemadmodum hinc
*Platerus Prax. lib. 3. & Bartholinus cent. 2. obs. 74. & Bo-
netus* talia exempla de hydrope, hydrocephalo vel aliâ
hydropis specie inde factâ referunt, siquidem in hoc
conveniunt, qvod rupturæ vasorum, & illas exci-
piens lymphæ extravasatio atque hydrops tam ad
exterham, quam ad internam sequatur violentiam.

THES. XXIII.

Ab ipsis igitur causis determinantur sympto-
mata, hinc, quamdiu impedimentum in lymphæ
circulo leve est, tamdiu tumor circa malleolos pe-
dum etiam tantum levis est, sed qvamprimum va-
sa lymphatica aut obstrui incipiunt aut non nihil
comprimuntur, ut solito plus distendantur, tumor
fit cedematosus; cum autem in una corporis parte
obstaculum lymphæ transvehendæ fieri nequeat,
quin ob rationem continui ad omnia totius corpo-
ris vasa deferatur, simul circa præcordia gravitas &

C

angu-

angustia quidem supervenit, sed nec molesta valde nec dolorosa est, donec in circulo lymphæ retardato augmentum fiat, sic vasa magis distenta, simul ad muscularum respirationi inservientium fibras insolutò distendendas operantur, quo ipso eorum motus non nihil difficilior fit, & aëri sub ambulatione aut ascensi per scalas celerius ac non nihil vehementius in pulmones irruenti non ita facile cedunt ac requiritur, & sic angusta fit respiratio, & cum lymphæ stagnatione majori major muscularum in motu difficultas, sive difficile respiratio, imò suffocationis imminet periculum. Dum autem ita tenduntur muscularum fibrae, facile aguntur in leves spasmos ab influxu spirituum animalium à tensione semper praesenti copiosori, parum sic abest, qvin nonnullæ ex iis fibrae ad ruptionis periculum tensæ sint, sic dolor praecordiorum compressivus adest, qui noctu potissimum sentitur, ubi aëris atmosphera gravior & magis premit, & ad majorem fibrarum muscularum tensionem dat aniam, imprimis si stranguula accidunt, inter quæ requiescit æger, per ea enim sanguinis motus, & per angustatas simul arterias non sine majori spastro non nihil intenditur, ambientes autem thoracis & abdominis partes tum ab aere ambiente tum proprio pondere subsidentiam urgent, & sic compressivum doloris sensum ascitici noctu sentiunt.

THES. XXIV.

Appetitus deficit ob lympham stomachalem à vitiolo sub lymphæ circulo impedito sanguine vitiostam, quæ cum viscida, nullius pro appetitu efficaciam

(19)

Hæc esse potest; et si qvoqve adhuc cibi assumantur,
succedit tamen nausea & aliquando vomitus ex inæ-
quali ventriculi pressione, quæ influentes sed irritati
spiritus, ventriculi tunicas tum ad convulsionem
dispositas servant, tum reapse convellunt, & ex ea
ratione, quod simul, dum à cibis assumptis pro as-
sumptorum copiâ semper ventriculus distenditur,
non sine insigni molestia ideo distendatur, quod in
motu jam tum impeditum diaphragma, viciniqve
pro respiratione musculi in motu impediti adhuc ma-
gis impedianter, hinc non tantum frequentes ru-
sus absque magno levamine fiunt, sed tantis tensio-
nibus & angustiis ægri afficiuntur, ut spiritus inter-
cludi videatur, & de suffocationis periculo potissi-
mum conquerantur, quoties obdormiscere incipiunt,
cum ob spirituum ut per totum corpus sic etiam circa
partes respirationi inservientes sub somno reperi-
bilem defectum, istæ partes proprio pondere diaphra-
gmatis quietem urgeant, hinc adstantes rogant, ut
sommum excutiant, quia vigiliarum tempore spiri-
tuum animalium magis vitalis actio esse soler-

THES. XXV.

Sed hæc omnia cum dyspnæa augentur, quam
primum aqua majori copiâ collectâ diaphragma ma-
gis premit, undè & abdomen sensim expansum,
tunc in majorem molem expanditur, & tumor ejus
insignis sub vario ægri situ jam versus superiora jam
inferiora augetur, nec nisi molestissimum & suffo-
cationem minantem in latus utrumque versionem,
multo minus autem decubitum, sed non nisi eum

(20)

in dorso permittit, ob situm pro visceribus jam tum
gravatis magis naturalem.

THES. XXVI.

Continuus sub illis omnibus jam recensitis mo-
lestiis non tantum est pedum tumor cedematosus,
sed extenditur etiam ad inguina, ex vasorum lym-
phaticorum & partium reliquarum facta insolita ex-
pansione, & crevit in pedibus, cum ægri iis vel in-
sistunt vel eos pendulos habent, ob difficiliorem hu-
morum circulantium per angustata vasa transitum,
cum fieri debet situ corporis horizonti perpendiculari,
quam parallelo, hinc ob parallelum in lecto
corporis situm ope stragulorum noctis tempore qvan-
doque decrescit tumor, quandoque vero semper idem
manet, si obstructiones majores sint. Sed occupat
quoque hydrops ascites genitalia & in Viris scrotum
& penem stupendè tumidum reddit, prout in hisce
partibus lymphæ tum stagnatio tum extravala-
tio insignis est, aliquando vero ascites sine tumido
scroto est, si vel in eo non facta talia lymphæ impe-
dimenta sint, vel extravaltio ejus in cavum ab-
dominis valde subita sit, ut sic reliquarum parti-
um vasa lymphatica non graventur, sed in cavum
abdominis ob minorem ibi resistentiam omnis
ruat. Quodsi autem collecta intra abdominis
musculorum fibras & peritonæum lympha subsistat,
tanquam per transudationem, tumor in abdomen
inæqualis observatur.

THES. XXVII.

Sitis horrida ut plurimum porro excruciat
ægrum, quæ tum ab obstructione vasorum saliva-
lium

lium oritur, & hinc simul linguæ & faucium ariditas est, tum quoque ab acie salivæ ortum habet, quam motus tarditate exserit, unde continua in faucibus molestia & vellicatio, & continua horridaque sitis, quandoque autem sitis non adest, & appetitus simul sufficiens, quæ ut in eorum locorum glandulis nec obstruktiones factas indicant, ita viscidio nec abundare salivam nec fermentum ventriculi indicio est, & argumentum hinc præbet, magis à compressione quam obstruktione oriri in qvibusdam tantum partibus circuli lymphæ impedimentum, qvanquam talis in hydrope à siti præsente & appetitu prostrato exceptio inter rara contingentia habenda sit; ordinario autem huic siti juncta est lenta febris, è sanguinis circulo non tantum inæquali & difficii per illa loca, quæ per vasa angustata & ipse sanguis & ipsa lymphæ transire tenentur, sed etiam ob impeditas humorum secretiones & excretiones, remanentes maximâ eorum parte, unde sanguis & consistentiâ & miscelâ turbatus non tantum serofior fit, sed etiam aciem inducit insolitam, & eâ ipsâ facilè hinc & inde inducit inflammationes, & sic febrem lentam cum pulsu frequenti & parvo quandoque & vehementi, si ex activis partibus in angustis hisce vasibus qvædam propius se contingentes & in motu circa axin sic paulo latius expandentes arteriarum latera quoque paulò magis distendant, cum latitudine tum huic febri juncta, tum citra eam notabili; nam spirituosa in sanguine partes pariter suppressæ ex adductis rationibus tenentur, nec tantâ copiâ secessuntur, quâ pro libere movendis &

stagnatione seri rigidis partibus opus est. Urina interim parcus ut plurimum excernitur, dum è stagnatione seri, ut omnes reliquæ ob continui rationem secretiones deficiunt, ita quoque in renibus sit, quæ eo magis deficiet, quando simul extravasationes lymphæ fiunt in cavum abdominis, sic quemadmodum vel per diarrhæam frequenter vel per sudores copiosos urina parcior est, ita multo magis eo in easu, quo in cavum abdominis omnis ruit lympha, id obtinet, unde pauca est, & simul saturata a salibus in sanguine simul abundantibus. Qvod si autem paroxysmi spasmodici fiant in cavu abdominis nondum collectio sero, urinæ copiosissimæ limpidæ instar aquæ fontanæ, & sudores excessivi per compressionem insolitam, quæ serotæ ob tacillimum quem habent motum secedentes tantum transeunt, excernuntur. Alyus est ordinaria quibusdam, quibusdam legnior, quibusdam fluida, quæ diversitas à diversa lymphæ collectione dependet, ut vel intestina hinc sicca difficultem, aut lubrica sic facilem pariant alvum, vel à lymphæ affluxu in intestina copiosissimo diarrhæa fiat, quæ si inter initia morbi, antequam notabiles obstrunctiones fiant, oriatur, boni omnis est, cum sic inundatio alias nociva, non ita meruenda sit, ut urinæ copiosus fluxus sine spasmis pariter cum euphoria ægri fit,

THES. XXVIII.

Tussis sicca aciem lymphæ vellicantis probat & convulsiva est, quæ hydropico nociva, & eo pejor si in cavum abdominis fiat lymphæ extravasatio, quæ symptomatibus Thes. 9. indicatis se prodit,
et cum

❀ (27) ❀

& cum abdominis distensio adeo insignis ab extra-
vasata lympha fiat, & orthopnæa fit, & simul cir-
ca tendines muscularum abdominis vel in utero vel
in altero latere antico dolor exquisitus ægrum corri-
pit. Aqua autem ut in cavo véntris colligitur, ita
quoque aliquando in fæcculos & vesiculas collecta re-
peritur, quemadmodum hinc hydrops specialissimè
faccatus à Schenckio aliisque dicitur.

THES. XXIX.

Color faciei luridus, pallidus & plumbeus in
ascite observabilis ex eodem lymphæ circulo impe-
dito dépendet, dum sanguis serosior minusq; spiritu-
osus, in capillaria vafa non nisi serofas demittit par-
tes, nec alium quam dictum colorem inducere pot-
est, rubor autem faciei inflammationis index esse
solet. Denique & superveniens in superioribus
partibus tabes, è defectu & lymphæ & succi nutritiæ
est, ideo ibi oriundo, quia in alias reliquas partes eò
majori copiâ collectum serum eas non quidem nutrit,
distentas tamen servat.

THES. XXX.

Jam ad Prognosin progredior, & de eâ for-
mandâ Hippocrates ita sentit de intern. aff. I. 27. *Morbis*
gravis est hydrops, & pauci hunc effugunt; quod Pro-
gnosticon Hippocratis ut ut omnino verum sit, atta-
men sunt casus, in quibus datur exceptio, quam
pariunt tum diversæ causæ, tum ipsius hydropsis di-
versa conditio, nam ascites, qui invaluit, & qui alios
morbos sequitur, in quibus jam tum visceræ cor-
rupta, aut corrumpuntur, porrò qui à ruptis & la-
ceratis vasis lymphaticis aliisque v. g. ureteribus &
vesica

vesica vulneratis laceratisqve oritur , est incurabilis , è contrario , curabilis est ascites , qui nondum invaluit , in quo viscera nondū corrupta sunt , æger appetit , digerit , respiratio nec valdè anxia nec constanter difficultis est , porrò sine doloribus , tussi , siti , aridâ linguâ , nec extrema marcia , vel urinæ etiam laudabiles & copiolæ , & sic quo meliora sunt symptomata eo major curationis spes est ; ut cum pejoribus symptomatis periculosior quoque hydrops habendus est ; hinc tussis asciti superveniens potissimum ficca mali semper ominis est , ut quoque ita sentit Hippocr. Aph. secl. 6. 35. & 7. Aph. 47. item si respiratione valdè anxia & appetitus deficiat , si sitis augeatur , multum bibatur , sed parum urinæ exeat , urina porrò si nigricans aut fusca sit , item si maculæ lividae in pedibus emergunt , gangrænam & mortem præfigunt , qvem admodum etiam crura è qvibus serum effluit , facile gangrænantur . Cœterum si recidiva fiat , Ascites omnium difficillime curatu est .

THES. XXXI.

In Curatione ascitis instituenda attendendum probè est , ad causas , qvibus producitur , istæ & determinabunt scopum curationis & remedia . Hinc si ab obstructionibus vasorum lymphaticorum tanquam causâ frequentissimâ à quibusunque causa præcedaneis fiat , ut serum in suo circulo impeditum sit , aut ad inevitabilem vel in cavum abdominis , vel inter ejus partes continentis collectionem , aut jam in iis locis collectum sit , obstrunctiones sunt reserandas , & collecta aqua est educenda remediis in utroque scopo convenientibus . Quod si verò ab acrimo-

(25)

crimonia sic spasmis frequentibus aut etiam constantibus ascites fiat , ut vasa comprimantur & angustentur, acrimonia est demulcenda, diluenda, eluenda & evacuanda , quâ vellicante causâ remotâ sic spasmi & angustia vasorum nociva , nisi connata ea fuerit, remittent , circulus lymphæ restituetur , & secretiones & excretiones debitæ pariter redibunt, qui idem scopus curationis manet , si ex eadem acie per facta tum in vasis lymphaticis tum in renibus vulnera & lacerationes , ut ex eorum læsione inundatio viscerum abdominis & sic ascites factus sit. Et tandem in omni ascite ex quacunque causa enato ad bibenda sunt talia , quæ & sanguini & laxatis debilitatisqve ab evacuatiane nimia partibus robur & vulneratis consolidationem restituunt.

THES. XXXII.

Ad hunc varium curationis scopum obtinendum , remedia è variis petuntur fontibus , inter quos ordinariò Chirurgicus primus esse solet , ille suadet Paracentesin & venæsectionem, & scarificationes porrigit. Sed à venæsectione nulla in ascite salus est, nisi ex acrimonia & hinc vasorum spasmodica compresione enatus,frequentibus insuper spasmodicis Paroxysmis æger in suffocationis periculum agitetur , quem calum ex obseruatione Dni Præsidis Thef. 8. recensui, ubi V. Sm. in ipso Paroxysmo in brachio institutam adeò proficuum notayit, ut illico è suffocationis periculo ereptus , haud ita diu post à copiosis simul sudoribus à superioribus ad abdomen usq; & mictione excessivâ liberaretur : quæ V. S. igitur in tali casu statim in initio morbi instituta , eo maiorem

D

jorem obtineret efficaciam, dum per eam frequentes spasmi sic intercipiuntur pro ascite inducendo, nam vasorum per venæ sectionem facta depletio dat reliquis fibris spasmo tensis spatium, quo facilius pro flacciditate obtinendâ subsidant.

THES. XXXIII.

De Scarificationibus autem asserere id nequeo, quod de V. Sne sub certa cautela dixi, nam in acutico corpore periculosum est infligere vel levissima vulnercula, dum capillaria hinc inde incisa vasa stitllicidium seri citius continuum servant, quam admittunt consolidationem, & si seri simul acies adsit, ut ordinario est, inflammationes & gangrænæ sæpiissime scarificationibus solent esse pedisseqvæ, ut tragica hujus exempla apud Autores reperibilia, & quotidiè in perversâ Praxi evenientia id sati probant: Præterea in Praxi satis notum est, quando per fætas fine externâ additâ causâ in cruribus tumidis vasorum rupturas serum exstallat, quod exprimi solet Germanicè; die Füsse sind dem Patienten aufgebrochen. It. Die Füsse lauffen ihm; quantâ prudentiâ tum in regimine tum in applicandis remedii opus sit, ne gangrænescant crura. Ex quibus hinc contentum fine omni ambage est, quod à scarificationibus in ascite solatium nullum multo minus auxilium sperandum fit.

THES. XXXIV.

Cum Paracentesi alia res esse videtur, cum enim per spontaneam in umbilico aperturam & sic evacuatione seri factam ascites curatus apud *Guil. Fabr. Hildanus ob. chir. cent. 1. ob. 87.* aliosq; legatur, idemq; effectus salutaris

taris per vesicas in cruribus sponte enatas; successivè
 collecta colluvies cum sanitate ægri restituta evacuata
 sit, quale quid inter alios Obseryatores Medicos adhuc
 hand ita diu in ascitico notavit Dn. Præses, porrò eva-
 cuatio seri necessaria sit, paracentesin majoris felicio-
 risq; efficaciæ esse facile habendum esset, nisi & circa eam
 se se offerant non leves difficultates. Evidem circa ope-
 rationem ipsam istæ hodiè non reperiuntur, sed modus
 instituendi eam sat compendiosus est, cum acu perfora-
 ta, quâ simul & cannulâ applicatur, ne quoties necessa-
 riò repetenda aquæ emissio est, toties nova acus perfora-
 tæ immissio novumq; infligi vulnus debeat; interim ta-
 men ut ut omnes cautelæ tam in operatione ipsa, quam
 quæ circa emissionem aquæ in cavum abdominis col-
 lectæ vicibus partitis observandæ sunt, adhibeantur;
 nondum tamen effectus à Paracentesi institutus talis
 est, ut ascitici inde conservarentur, nam nisi ea institua-
 tur, cum brevi tempore tumor abdominis ad insiginem
 magnitudinem pervenit, ubi ægri vires constant, &
 æger sine febre, alvi fluxu, macie, pulmonum ulcere,
 & adhuc ætate florente est, nulla facile ab illâ spes fa-
 lutaris concipienda, nam hinc tam sèpissimè spem fal-
 lit paracentesis, cum in initio ubi modo factus ascites
 nec æger nec Chirurgus ad eam accedere volunt, cum
 inter extrema recenseatur remedia, quæ non nisi in ex-
 tremis morbis locum habere dicuntur; sicq; hacce mora
 visceribus non nisi corruptis instituatur. Accedit quod
 per paracentesin tantù aqua quæ in cavitate est evaque-
 tur, causa autem seu origo mali in visceribus ad pernici-
 em ægri remaneat; quemadmodum hinc quoq; *Celsus*
bib. 3. cap. 21. emissum humorem non sanare sed medici-
 nare

næ locū facere optimè dicit ejusdemq; sententia & *Hil-danus Epist. Cent. Epist. 8. est.* Qvæ omnia itaq; me mo-
vent, ut nec Paracentesin adeò commendare queam, sed
eam raro cum sperato successu institui afferere tenear.

THES. XXXV.

Ea propter in Pharmaceutico fonte præcipua quæ-
renda erunt remedia, & veniunt ex iis consideranda
vomitoria, purgantia, incidentia, resolventia, diu-
retica, diaphoretica, corroborantia seu confortantia,
quatenus illa partim seri evacuationi inserviunt, quan-
quam diverso, ex diversa qua pollent virtute, operan-
di modo, partim & obstruktiones referant, & pristinum
sanguini, & partibus debilitatis reddunt robur.

THES. XXXVI.

Inter ea autem de primatu certant vomitoria &
purgantia, cum moles extensis abdominis sepe tāta, ut
evacuatione seri citâ ad minimum imminentis suffoca-
tionis periculum non nihil inhibetur, si non curari
possit, quanquam & ab iis curatio inducta per varias
observationes probari soleat. Quenadmodum hinc
inter alios *Sydenhamus de hydrope & vomitorii & purgan-*
tibus suas dat laudes; si ego dicere debeam quod res est,
nec pro�us vomitoria nec purgantia in curatione alicit
eliminanda sunt, nam si ascites nondum consummatus,
sed vel inter initia tantum subsistat, vel augmentum
quoddam ceperit, non autem in statu sit, & præterea è
circumstantiis impuritates in primis viis viscidumq;
obstruens judicari debeant, ceteris paribus vomitorii
antimoniale suaderem, sive è tartaro emeticō fiat,
sive infusum sit croci metallorum, quod *Sydenhamus*
laudat, sive Reguli sive Vitri Antimonii fuerit, tale
enim

enim vomitorium non tantum ~~erit~~ sed & ~~erit~~ operatur,
 & eliminat è primis viis cum sero copioso crassiores
 impuritates, & dat anam ut commotione totius corporis
 & hærens & obstruens hinc & indè viscidum suo situ
 mucetur, siveq; aliis convenientibus remedii superve-
 nientibus, incidentibus & resolventibus & diureticis ul-
 terius & promoveri & eliminari possit, quo felici sic
 procedente successu morbus funditus tollitur.

THES. XXXVII.

Qvod si verò ascites magis ad statum properet
 aut consummatus jam sit, & hinc colluvies seri in cavo
 abdominis facta evacuari debeat, vomitoria tanquam
 ad vehementem tali in casu commotionem seri pro
 evacuatione necessariam sufficientia valde quidem
 laudari volunt, cum tamen tali in casu unum alterumq;
 vomitorium pro evacuatione debita non sufficiat, sed
 eorum pluribus opus sit, hinc plures quoque cautelas,
 præter eas, quæ in omni vomitoriorum usu consuetæ
 esse solent, observasse juvabit, siquidem dantur casus,
 qui vomitoria non admittunt, ut ut aqua in cavitatem
 abdominis sit collecta. Inter eos sunt, si vel à præce-
 danea Phthisi, vel à viscerum inducta prius corrup-
 tione, vel à diuturnis ulceribus fistulosis, vel ab evaca-
 tione sanguinis, vel aliorum humorum nimia ascites
 fuerit factus, vel porro æger constitutionis infirmioris,
 aut fœmina affectibus hystericis valde subjecta sit, aut
 difficillime vomat; isti & eorum similes casus omnes
 Vomitoria pro scopo dicto vel inania vel nociva red-
 dunt.

THES. XXXIX.

Et ita quoque sentiendum de Purgantibus est, le-
 niora enim non juvant, sed tantum dant anam ad ma-

jorem abdominis intumescentiam, & fortiora, quæ ad-
commotionem aquæ in cavum abdominis collectæ pro
evacuatione tali vehementi necessaria sunt, æque faci-
lius nocent, ac indè auxilium sperari vult, cum iudicem
casus eademq; circumstantia æq; purgantia ac vomito-
ria dissuadeant; quemadmodum quoq; ejusdem nobis-
cum est sententia *Sydenham tract. de hydrope p. 628.* In aliis
autem casibus ubi & virium robur pro fortiorum Pur-
gantium usu sufficeret, non tamen plus quam sola aquæ
evacuatio obtineretur, quæ curationis scopum omnem
non absolvit, sed tantum pro brevi minusq; durabilito-
tatio est cum inevitabili succedanea majori noxa, eo
quod obstructiones pertinaciores à purgantibus fiant,
& sic pejor ascites nascatur. Insignis hinc in usu purgan-
tium & fortiorum prudentia hic requiritur, & judicio li-
mato opus, tam quoad dosin dandam quam quoad alia
ex morbi circumstantiis concurrentia. Ad dosin enim
quod attinet, ordinariò quidem ex confueta purganti-
um dosi determinanda est, quâ alvus in statu sano olim
liberaliter soluta est, quemadmodum hinc Germani di-
cunt: *Dieser oder Jener ist hart oder leicht zu bewegen.*
Interim tamen cum consideramus mutatum sanitatis
statum, quanta in motu fluidorum & in solidorum ex-
pansione facta mutatio sit, facile in determinanda dosi
error committi potest, accedunt porrò alia impedimenta,
nam cum in sanguine acidum acre simul peccet, illud
eadem facilitate purgans ligat & inefficax reddit, quâ
viscidum idem illud purgans fatiscere facit; Ut taceam,
qvod & spirituum in ascite torpor purgantibus illud *seisti-
na lente* injungat. Ob intercurrentes igitur tot difficul-
tates, nec curationi per purgantia fortiora quæ *methodo*
eadem,

eadem, qua vomitoria repetenda sunt, fido, interim tamen non omnem eorum interdico usum, sed cum grano salis admitto, h. e. purgantia subinde in ascite exhibentur, ita ut evacuandum tantum non moveant, sed etiam promoveant, iis tamen solis non tentetur aut perficiatur cura, cum omnem inplere paginā non valeant, quacunq; etiam sub cautela eorum usus institui velit, sed prevalent successu majori atq; faciliori Diuretica. Accedit adhuc alias casus in hydrope frequentius eveniens & potissimum in scorbuticis asciticis, qui ordinariò ad tabem inclinant, singulariter hic notandus; scilicet juncta hydropi solet esse febris lenta ordinariò à meridie & die ad vesperam properante cum respirandi difficultate & anxietate pectoris frequenter exacerbans, quale quid haud ita diu adhuc in hydropico notavit Dnus Præses, si eo in casu purgantia & imprimis resinosa acria præscribi velint, ea partes internas jam tum hinc inde inflammatas, cuius rei index hæc febris est, magis inflammarent, unde nec hic convenient purgantia, sed ab iis abstinentendum est, & vel clysmatibus follicitanda alvus, si deficiat, vel etiam nisi scybalia obstent, magnesia alba ad Drachmam unam vel Drachmas duas exhibeatur, qvæ alvum blandè, ut & diuresin fine torminibus movet: maximum autem auxilium & in hoc casu ferunt diaphoretica cum diureticis. Et ex hac ratione hinc nec recenso purgantia, nec refiero eorum classes, si qui dem cum hæc omnia constent, facile ex eorum classe petendum erit id purgans, cuius vires pro scopo per purgationem obtinendo ad individua sufficienes Medicus æq; judicabit, ac ex circumstantiis, quibus usus purgantium salutaris deprehenditur, Quemadmodum in eo

in eo quoq; Medici consentiunt, qvod in prima hydro-
pis invasione, ubi pedes tument & abdomen aliquan-
tulum intumescit non opus sit ejusmodi fortioribus
purgantibus, sed sufficient diuretica.

THES. XXXIX.

Diuretica igitur sunt præcipua in hyprope remedia;
hæc nim non tantum educunt serum, sed simul inci-
idunt viscidum, eq; ipso ad obstructions tollendas
operantur, & sic omni curationis scopo in ascitis com-
muniſſimā cauſā ſatisfaciunt: hæc ē tripli proveniunt
Regno; ē regno vegetabili ſunt radices 5. Aperientes,
Sarsparill, Bardan: Eringii, Ononidis, Apii, Cort.
Tamarisci, porro H. faxifragia, Chærefol., Daucus,
Allium, de quo vid. Barib. cent. 2. obs. 74. Petrofelin. de
cujus ſucci in hydropē efficacia Riverius cent. 3. obs. 52.
ſtenicul. ſem. Petrofelin. Apii, Geniftæ, Bacc. Juniperi,
Lauri, Alkekengi, porro ſalia herbarum per incineratio-
nem parata, SalAblynth. cent. min. Stipit. Fabar: Sal
Geniftæ & ſimilia; huc quoque recenſenda ſunt tere-
binthinata, ē minerali regno Nitrum, tum crystallis;
tum depurat; tum duplicatum, tum antimoniatum;
porrò Arcanum duplicatum, aut parati ſpiritus, tum è ni-
tro, tum è nitro tartaro & ſulphure ſub clyſſorum no-
mine, tum tinturæ, inter quas tintura Amelungi,
tintura aperitv. Schaperi, tintura Antimonii, tin-
tura ſalis tartari, Spiritus aperitv. Penoti Spiritus
item tartari. Ex animali regno millepedes, lumbrici.
terrestres, apes, ova formicarum, &c ut nonnulli Medicis
volunt, ipſa Cantharides, quarum tamen uſum non niſi
additione & præparatione debitâ præcedaneā admit-
tunt, ego autem earum uſum, cum ſecuriora habeamus,

plane

❀ (33) ❀

planè intermitterem. Ex hisce, ut variæ formantur for-
mulæ, & vel sub decoctorum vel pulverum vel pilula-
rum formâ exhibentur, prout vel ægri indoles vel medi-
camenti natura hanc vel illam formam admittunt, ita
qvoq; selectus fieri potest, ad quem in eo casu, ubi viisci-
dum peccat, pertinent diuretica potissimum è salibus,
quemadmodum hinc nitrum & potissimum duplica-
tum suas vires in hydrope laudabiles sæpius probavit,
ut & porrò non sine laudabili successu reliqua salia fixa
reperiuntur, quorum exhibitio sub lixivii formâ ut est
lixivium benedictum Mynsicht: cum aqua, vel qvod
melius cum vino è cineribus parata commode & cum
successu datur, quemadmodum hinc *Sydenham* è cineri-
bus Genistæ cum Vino Rhenano paratum lixivium, in
ascite optimum multis jam experimentis probavit, sub
cujus usu non tantum urinæ copioſæ excretio, fed alvi
facilis solutio observari solet, non sine insigni ægri fo-
lamine, & subsecuta restitutione, qvos effectus simi-
les & ab aliorum diureticorum usu frequenti obti-
nemus.

THES. XL:

Sed absit, ut hocce commendato lixivio vel *Myn-
sichti* vel *Sydenhamii* aut similibus salibus diureticis solis
tanquam universalī remedio ascites curari dici velit, ut
potius ad alia qvoq; diuretica simul habeatur respectus,
nam quoties ex acrimonia humorum simul abundan-
te ascites fit, quemadmodum scorbuticis ex ea causa fi-
eri solet, toties quidem & hic diuretica conveniunt, ast
non è salibus, sed qvæ balsamica sunt, quemadmodum
Terebinthina reperiuntur, nam cum acies ad spasmos

E

& va.

& vasorum angustiam agat & utrumq; pariat, balsamica diuretica tanquam simul antispasmodica appropriata sunt, dum & demulcent, & serum acre blandè per urinas educunt, sed quo adhuc potentius aciei vis nociva infringatur, in solis balsamicis diureticis non est subsistendum, sed demulcentia magis aperta & diluentia simul non sine successu junguntur, sub quorum additione & reliquorum diureticorum è regno animali effectus eo magis salutaris esse solet, quemadmodum hinc Millepedes cum M.P. de Styr. Sylv. Terebinthina aut ejus balsamus Terebinth. & additis aliis balsamicis, quales sunt Bals. de Tolu, de Copaiava, opobals. bals. de Mecha, Mastix & oliban. &c. mixta, quæ cum potu Theæ levis tintetur, vel decoctorum ex lignis paratorum sed tenuium, inter quæ & decoctum ligni sassaffr. eminet, non infrequenti insigni cum effectu in tali casu exhibentur. Hisce quidem & antiscorbutica addi possunt, sed cave ne calida sint, hæc enim nimio quem humoribus addunt, motu plus nocent quam juvant, quemadmodum hinc quoq; salium volatilium usus providus necessarius in quovis ascite est, ne in pejus eorum usu ascites ruat, ut ex multiplici Dni Præsidis experientia id mihi constat. Quæ eadem remedia in ascite à vulneribus & lacerationibus in renibus factis oriundo convenient, quarum circumstantiae dabunt, quâ proportione, & quâ methodo co[m]endata balsamica & demulcentia cum diluentibus ordinanda sint, quæ in genere non ita circumspectè determinari possunt, ac quando existente casu ad individuum applicatio & remediorum usus fieri debet, quo consolidatio vulneratis restitui potest.

Th. XLI.

(35)
THES. XLI.

Post diuretica etiam consideranda sunt diaphoretica, hæc quidem in alcite videntur inertia, cum Ascitici, imprimis si eorum abdomen jam aquâ turgidum sit, difficulter ad sudorem disponantur, cum tamen & ea aperiendi vi polleant, hinc eorum intermistum usum non disuaderem, nam ut de purgantibus assumptis dicitur, si non purgant tamen digerunt, ita de diaphoreticis etiam dicere valet: si non sudores movent, operantur tamen ad blandam diaphoresin, ut ut multis vicibus efficacia inani, tamen successivè notabili, undè etiam non nisi blanda diaphoretica, ut antimonium diaph. bez. min. glob. bezoard. Dens. Apr. ppt: Hippopótham: ppt. cum Nitro & tantillo camphoræ commendarem. Hæc qvoqvelenia diaphoretica febri subinde lentæ succurrunt, ut id Thes. 38. jam innui.

THES. XLII.

Quibus porrò jungerem externa, & inter ea præ pinguis & oleofis, ut ut iis fortissima purgantia missa sint, eligerem externa blanda vaporosa, humida quotidie ad minimum ad horæ dimidium applicata, in primis quando simul excretiones scorbuticæ ad scabiem declinantes cutem aut descedatam, aut erosam & pruritus simul molestam servant, isti enim aquæ vapores ex herbis tum emollientibus tum resolventibus per canalem debitè & cum cautelis additis necessariis præparatum in lectum admissi viscido obstruenti & dant blandum motum, & illud cum acie hærente diluunt & eluunt, eoq; ipso poros aperiendo auferunt

Ez simul

simul & defecationes & erosiones & tollunt pruritum ,
 sicq; corpus ita disponunt, ut tandem sudores negotio
 non ita difficult sequantur, qui cum urinis facile & copi-
 osè exuentibus rem pro ascitico reddunt salvam, qvem:
 admodum has circumstantias in hydrope ortas & ea
 methodo feliciter superatas e Dni Præsidis experientia
 novi. Et tantum absit, ut ex eo aliquid mali metuam-
 sus , quod ad dictorum vaporum usum tunidæ jam
 tum ascitici partes adhuc magis intumescant, ut po-
 tius bonum signum sit , quod sic hærens in tubulis
 viscidum moveri incipiat , ad quem sic repetitis vi-
 cibus inductum motum & ejus ulterior promotio &
 excretio facilis fiat, ut taceam, quod talis indigitata pro
 vaporoso balneo methodus absq; violentia fit , è quâ
 alias rupturæ vasorum essent metuenda , quemad-
 modum non præparatis fluidis si statim infessus aut
 vaporosum balneum vehemens in scanno sudatorio
 perficitur, magis periculosum est, quanquam & iis su-
 maneant laudes, si justo tempore adhibeantur, quod ex
 circumstantiis determinandum venit, & siequoq; cæ-
 teris paribus balneum e spiritu Vini accenso vapo-
 rosum cum observatis cautelis pro sudoribus in ascite
 eliciendis conveniens est , & suam laudabilem effica-
 ciam successu non pœnitendo confirmat , nec incon-
 venientes sunt facculi ex herbis incidentibus & resol-
 ventibus cum emollientibus misti , & vino cocti , ite-
 rumq; expressi calidi & abdomini & cruribus ad fu-
 dorem promovendum impositi.

THES. XLIII.

Ut autem in ascite gradus sunt varii , & isti interta-
 quoq;

quoq; remedia variè determinant , ita etiam ex iisdem gradibus in externis adhibendis enascitur eadem varia determinatio, undè quam primum crura ita ihtumere , ut ab oleo quasi obducta splendeant, quem splendorem excipere solent pustulæ seri profluvium minantes , non adeo infrequens empýricorum esse solet consilium per imposita vesicatoria aquas educere; ego autem tali in casu nunquam vesicatoria suadeo, cum sine gangrænæ presso pede supervenientis periculo huiquam applicari possint, & experimenta tragica inde enata ad nauseam usq; rem probant ; præterea cum nihil frequentius sit, quam ut ascitico ita consti-
tuto ut præ tumore crura splendeant, striis & maculis rubicundo lividis obsideantur, qvæ certa gangrænæ & sphaceli præsentis indicia sunt , & brevi post mors excipere solet . Cum igitur partibus jam tum ad gangrænam sphacelumq; dispositis per vesicatoria indicatur inevitabilis inflammatio , circumstantæ hydropici inevitabilem inde gangrænam ratione indicant , ut experientia multiplici ea confirmata apud Autores legitur.

THES. XLIV.

Dum autem interim pustulæ in cruribus non tantum sponte erumpunt, rupturas & seri profluvium minantes , sed & tandem ruptæ serum fundunt, idem ipsis quidem gangrænæ sphacelique ut mortis brevi subsecuturæ periculum manet ; sed sine ineptis aut nocivis remediis applicatis inductum ex ipsius morbi indole est. Qvamqvam igitur in ascite hæc eveniant , non tamen illico deferendus æger est , sed

E 3

nisi

nisi ipsa jam adsit gangræna , quæ omnem decollet auxiliis spem , omnis cura adhibenda est , ut gangræna avertatur , siquidem observationes prostant , ubi per crura manantia ascites curatus est , quemadmodum Dnus Præses adhuc nuper similem habuit casum in hydroperico septuaginta & quatuor annorum majoris ætatis , qui per manantia crura liberatus est . Dum igitur sub isto feri profluvio , quod stupendum esse solet , & omne per illas crurum rupturas emanare serum videtur cum insigni virium deperditione , cuticula omnis sub vesicularum seu pustularum formâ fecedit , & sic crura undiq; madida rubentia & eroſa , wie roh Fleisch apparent , Iepè non sine doloribus , in tali calu provide procedendum , & omnis adhibenda cura ne inflammatio augeatur , eamque presso pede excipiat gangræna , hinc talia non adhibenda esse censeo , quibus serum cohiberi debeat , nam aut inanis hicce labor est , aut si id obtineatur , inflammations majores inde fiunt , & si non pessima tandem ulcera inseqvuntur , nam serum stagnans morâ suâ exedit , & cutis musculosas partes easq; exulcerat , qvodaute non fit , si serum non cum vi cohibetur . Interim juvat iis uti , qvæ inflammationibus externè & quidem ita conveniunt , ut sine crusta blanda exsiccatio fiat , quemadmodum hinc & Aqua Calcis Vivæ cum Spiritu Vini Camphorati non nihil mista tepidè applicata convenit , & insuper crura inter stragula nec nimis calida teneantur , nec ita ut frigus ea lædat , sic aliquando periculum è cruribus manantibus ordinario proveniens cum ægri salute avertitur .

Th. XLV.

* (39) *

THES. XLV.

Dum autem hæc aguntur etiam corroborantia & confortantia ordinanda sunt, quæ tam in initio quam progressu morbi ejusque declinatione pro circumstantiarum ratione convenienti, qvibus & sanguini & humoribus circulantibus & partibus laxatis ad datur rebor, inter ea suam merentur laudem Martialis & imprimis Limat. martis cruda; hæc languenti in circulo sanguini addit stimulum, & ipsius & lymphæ lentorem corrigit, acidum ordinariò peccans infringit, & ad obstruktiones referandas sat efficax est, qvemadmodum hinc etiam pulvis cacheoticus Quercetani, Hartmanni, antimonium, itidem diaphoret. martiale salutari corroborandi vi pollent. Hisce jungi possunt amara, tum chalybi mista, tum solitariè exhibita, ex Absynthio, Centauro minore, carduo benedicto, marrubio, becabunga, nasturtio, cortice fraxini & tamarisci, radice amaræ dulcis, scolopendrio, fumaria &c. & Aromaticis, Galanga, Zedoaria, Macis floribus & similibus, qvæ omnia egregii sunt effectus pro scopo indicato, & sub variâ vel essentiarum vel extracti vel infusi vel decocti formâ exhiberi possunt; ast non universalia habenda sunt, sed notandum venit, qvod, si aliquando causa ascitis calida sit, qvalis in biliosis notatur, nec chalybis nec amarorum usus fit tutus, sed tunc præstent ea, qvæ ex acidis petuntur, qvemadmodum tales circumstantiæ sic etiam in usu diureticorum, non æqve alcalia cum felici successu admittunt;

tunt ; sed duplicita magis salia & potissimum
nitrosa. De quibus autem pluribus agere differentiationis limites non permittunt, præterea cum non
quotidiana hæc ascitis causa sit, sed sufficiat, hic
tantum digito attigisse, quod prout causa morbi
variat, ita & omnia in ascite convenientia reme-
dia variare & inter confortantia sic pariter alia
quam chalybeata & amara ordinari debeant.

THES. XLVI.

Ad fontem diæteticum in curatione hydro-
pis quoque accedendum est, hic præscribit regulas
circa sex res non naturales observandas, quæ fa-
cile determinantur, si modo respectus habeatur;
ad causas procatareticas, quibus productum ma-
lum est. Inter eas autem desideratissima res est
hydropicis potus, nam siti adeo horrendâ læpius
vexantur, ut quo plus sunt pota, plus sitiantur aquæ,
hinc optimum consilium est, ut à potu pro possi-
bili abstineat æger, siquidem obseruatione *Ri-
verii & Sydenhami* constat, potus abstinentia
hydropicos esse sanatos, cum autem omni potu ca-
rere nequeant, hinc potus sit diureticus & tenuis
or, & potissimum vinum generosum aperientibus
diureticis & amaris herbis prius infusum, & à ce-
revisiâ aut alio potu refrigerante abstineat, aut bi-
bat eam admodum parcè cum liqvores minus ge-
nerosi, juxta *Sydenham* & quotidianam experien-
tiā, aquis non nihil incrementi dent, nisi cir-
cumstantiae intercurrant, quæ cerevisiam magis
quam

qvam vinum admittunt, si v. g. ex acie humo-
rum spasmos freqventes & insignes inducente hy-
drops factus sit, ibi liqvores minus generosi ma-
gis convenient, qvanqvam ego non æque cere-
visiam, sed potius aquæ calidæ & Theæ potum
fvaderem, qvæ siti simul fallendæ inservit secu-
rius, qvam qvæ ad eam fallendam ex acidis aut aliis
spirituosis commendari solent, qvamqvam in
casu posteriori indicato sitis non adeò magna esse
soleat.

THES. XLVII.

Ut autem ad potum & cibum habenda ratio,
& sic in reliquis rebus non naturalibus, ita quo-
que aer in curatione urget considerationem, hic
sit calidus & purus pro possibili, & si fieri potest
mutetur aer insalubris cum salubriori, & aeris
mutationem talem, & in tali libero aere exerci-
tium, quale qvale demum æger ferre possit, appri-
me salutarem esse tanqvam certissimo experimento
edoctus asserit *Sydenham tract. de hydrope p. 619.*

THES. XLVIII.

Qvando jam curatus æger est, non securus
sit restitutus, nam facile corripitur recidivâ, hinc
accuratissima servanda diæta est, & ut in cibis ita
quoqve in potu summa habenda est circumspectio,
& ut necesse est, ut crassæ & recentes cerevisiæ
vitandæ, ita à spiritu vinosi usu planè abstinen-
dum est, & de cœtero confortantibus & corroboran-
tibus adhuc post restitutionem aliquamdiu con-
tinuandum est.

F

TH.XLIX.

(44)

THES. XLIX.

Cœterum etiam adhuc paucissimis notasse sufficiet, qvod si hydrops ascites ex obstruktione mensium vel hæmorrhoidum vel aliarum consuetarum excretionum immmineat, aut oboriantur, principalis cura initio ad hasce obstrunctiones dirigenda sit, qvarum curatione sic simul & avertitur & tollitur hydrops, qvæ omnia in genere non ita determinari possunt, ac curationes ad individua instituendæ reqvirunt maturum.

Medici judicium, & medicamentorum

usum circumspice.

& tum.

TANTUM.

S. D. G.



XLIX

Rostock, Diss., 1715-23

ULB Halle
005 016 037

3



TA → OL

nr 1+3 Stück verhängt

Farbkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black	B.I.G.
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	8

26.
DISSESSATIO^{Q. D. B. V.} SOLENNIS MEDICA
DE

HYDROPE ASCITE,

QVAM

DIVINO ADSPIRANTE NUMINE,
IN ILLUSTRI AD VARNUM ACADEMIA,
GRATIOSISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,

PRÆSIDE

PRO-DECANO SPECTABILI,

DN. JOH. ERNESTO SCHÄPERO,

MED.D.EJUSQUE PROFESS. DUC PUBL. PRIM. & ORD.
CELEBERRIMO, FACULTATIS SUE SENIORE, SERENISS.
DUCIS REGENTIS MECKLENBURGICI CONSILIARIO

AULICO ATQVE ARCHIATRO,

PATRONO, PRÆCEPTORE ac EVERGETA, OMNI
OBSERVANTIAE ET HONORIS CULTU AD BUSTA COLENDO.

PRO LICENTIA

SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES, IN
SIGNIA ET PRIVILEGIA, MORE MAJORUM LEGITIME

ET SOLENNITER CAPESSENDI

DIE IV. APRIL. A. MDCCXV. IN AUDITORIO MAIORI

Horis ante & Pomeridianis publico Eruditorum

Examini submittit

CAROLUS NICOLAUS EGGEBRECHT,

Stralsund. Pomeran.

ROSTOCKII, Typis JOH. WEPPLINGI SER. PRINC. & ACAD. Typogr.